

IN EXSEQUIS

Et e - ré - xit cor - nu sa - lú - tis no - bis, * in do - mo Da - vid pú - e . ri su - i.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a
sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu
ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus no -
stris : * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem
nostrum, * náturum se nobis :

Ut sine timore, de manu inimicórum nostró -
rum liberati, * serviámus illi :

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus
diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : *
præbís enim ante fáciem Dómini, paráre vias
ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in
remissióne peccatórum eórum :

Per viscera misericórdiæ Dei nostri : * in qui -
bus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mor -
tis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in
viam pacis.

Réquiem ætérnam * dona ei (eis), Dómine.

Et lux perpétua * lúceat ei (eis).

Et repetitur Antiphona :

E - go sum re - sur - ré - ctio - et vi - ta: qui cre - dit

in me é - ti - am si mórtu - us fú - e - rit, vi - vet: et o - mnis qui .

vi - vit et cre - dit in me, non mo - ri - é - tur in æ - té - num .

J. V. N.